



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

5 Vtrum licitum sit sperare lucrum ex mutuo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

L. Eos qui. 26. C. de usuris. sed hoc iam satis refutatum est. unde

*Possunt  
permittit.* Respondeo, Usuras ob bonum Republicæ posse permiti, sicut & prostibula. qua parte tamen 32. Ius ciuilis videtur eas approbare tamquam licitas, & cogit ad solutionem, etenim est abrogatum per Ius Canonicum; dum Canones damnant illas tamquam illicitas, vt patet ex plurimis Canonibus: & insuper excommunicant Iudices cogentes ad earum solutionem; vt patet Clement. vniuersitate de usuris. Quod ad Iurisconfultos attinet, puto eos faciliter intellexisse, usuras formaliter esse illicitas; tamen concessisse quasdam moderatas, tum ob bonum publicum, tum quia sapientia aliqui iustitiis intercedunt, quamus in eo sententia illorum non sit admittenda, quod generatim tales usuras tamquam licitas & iusta concedant.

*Vsura que  
nam Iure  
ciuilis con-  
cessa.* Vbi aduertere, Iure Cesareo non quasuis usuras concedi; sed has tantum, Primo. Si illustres erant personæ, tantum poterant stipulari seu exigere tertiam centesimam; id est, pro centum aureis, singulis mensibus tertiam partem aurei. Secundo. Si erant negotiatori, vel prærant ergasteris, tantum bessem centesimam, id est, duas tertias viiius aurei per mensum pro 100. Tertiò, In trajectorio contractu (i. cùm pecunia) dabatur mercatori, traiectienti mare) viam centesimam, id est, viiius pro centum in singulos menses. Quartò, Ceteri non poterant stipulari nisi dimidiam centesimam, id est dimidium aureum pro centum, in singulos menses. hæc omnia habentur d. L. Eos qui. C. de usuris, & L. vltima, codem titulo, tollit Iustinianus omnem anatocisimum, i. omnes usuras usuraram, quæ nascuntur ex eo quod vltimæ nondum soluta annumerantur fori, & pariant similiter lucrum; quod lucrum rursus adiicitur & parit; & sic in infinitum.

Hinc patet, in maximis usuris non fuisset permisum exigere nisi 12. in centum, i. que tantum in fœnere nautico, vbi periculum fortis, erat mutuantis, vt patet ex omnibus legibus, & de fœnere nautico. In secundis, octo pro centum; in tertius, sex pro 100. in minimis, 4. pro centu: nunc paullum permitiuntur 33. in centum; magno miserorum hominum malo, cui magna ex parte occurri posset per Montem pteratis; vt infra Dub. 23. dicetur.

### DVBITATIO V.

*Vltimū lictū sit sperare lucrum ex mutuo.*

*Amicitia  
minus  
principali-  
ter intenta.* 35 O Missis variis sententiis, quæ non tam rē quam verbis differunt, Dico Primo, Nec principaliter nec minus principaliter licet sperare lucrum, quod detur tamquam ex obligacione iustitia propter mutuum. Ita Sotus lib.6. q.1. art.1. & Ioan. Medina q.1. C. de usuris restituendis, §. Tertiò inquirendum. Probatur Primo, Quia velle accipere & reuinere tale lucrum, est iniquum; est enim velle accipere alienum: nam dando tali modo non transferrit dominium, vt infra Dubitat. 18. dicetur: ergo tale lucrum non licet sperare; non enim licet sperare, quod non licet accipere. Secundo, Per mutuum tu nullum ius acquisis ad tale lucrum, nec ille obligacionem iustitiae contrahit ad illud dandum: ergo iniquum est illud desiderari tamquam ex obligacione iustitiae per mutuum inducta. Hoc sensu verum est, non licere sperare lucrum ex mutuo;

nempe tamquam ex pacto mutui, obligatione iustitiae debitum. Et hoc est, quod ait Urbanus III. *Iucrare ex cap. Consuluit. tit.de usuris, Qui mutuat, alias non mutu. mutuo datur mihi, eo proposito, ut licet omni conuentione cessante, plus tamen soror recipiat; pro hauc modo lucrarentione, quam habet, iudicandus est male agere.* Loquitur enim de eo, qui sine externa conuentione intendit lucrum tamquam debitum ex iustitia, sive principaliter, sive minus principaliter. Neque hic est facienda distinctione inter lucri spem & lucri intentionem, quasi haec non licet, illa sit licita; vt facit Medina supra: quia spes & intentione non sunt actus distincti.

Dico Secundò, Non est iniquum etiam principaliter sperare lucrum ex mutuo, mediante amicitia vel gratitudine; ita vt non speretur immedia- 37 *Principali-  
ter sperans  
lucrum.* te ex ipso mutuo, tamquam pretium eius. Colli-

gitur ex Soto supra, & tenet Petrus Nauarra l. 3. de restitu. cap.2. num.198. Probatur, quia accipere tale lucrum sic datum, non est iniquum;

non enim accipitur in iusto domino, cùm illum ad hoc non obliges; sed ipse omnino liberè, ratione amicitiae vel gratitudinis illud det: ergo intendere accipere, iniquum non est, sive principaliter, sive minus principaliter intendas per matuacionem tale lucrum adipisci; hoc enim nihil facit ad iniustiam. quamus fieri possit, vt sit signum avaritiae, si principalis finis mutationis in tali lucro constitutatur. Fieri tamen potest vt licite lucrum principaliter intendas; vt si mutuus alicuius Principi, intendens principaliter per eius amicitiam aliquod officium vel priuilegium quæstuosum ad bonum finem referendum. licitum enim est aliquando amicitiam alicuius ambire propter aliquod commodum temporale, ita vt eam desideres tantummodo vt medium ad illud; vt si talis amicitia tibi alioquin esset grauis, sic multi captant fauorem alicorum.

Dico Tertiò, Licitum etiam est ex mutuo sperare amicitiam tamen principaliter quam minus principaliter; & ex amicitia lucrum. Quod licitum sit sperare amicitia principaliter, seu vt finem principalem, & secundariam lucrum ex amicitia, satis manifestum est. possum enim desiderare amicitiam alicuius, propter eius virtutem vel sapientiam, & ad eam mihi conciliandam dare illi mutuum cum spe, quod ex amicitia illa etiam aliquid commodi mihi proueniet. Quod etiam licet sperare amicitia minus principaliter, nempe tamquam medium ad lucrum principaliter speratum, (etli Nauarrus contra sentire videatur) patet ex dictis, quamus enim amicitia absolutè sit bonum praestantium quam pecunia, ac propter eam non debeat tota eius dignitas estimari ex utilitate ad lucrum temporale; (valde enim inordinatum est, nullam appetere amicitiam, nisi ob commodum temporale) tamen quod me applicem ad huius vel illius amicitiam in particulari, fieri potest etiam propter solam pecuniam, idque absque omni inordinatio ne, quod enim ad multa vtile est, potest desiderari ob hanc vel illam utilitatem, nulla habita ratione aliarum utilitatum quæ illi rei insunt, modo illares secundum se non estimetur tantummodo ex illa una utilitate. hoc enim non est facere commodum temporale finem illius rei, sed finem huius desiderij, quo hic & nunc magis desideratur hoc commodum, quam illa amicitia; quia magis necessarium, vt cum is, qui statuerat manere ca- 38 lebs,

lebs, mutat sententiam, eò quod offeratur pulchra & opulenta vxor, decernitque hanc ducere; hic non facit pulchritudinem finem matrimonij propriè, sed sua applicationis seu electionis, qua hinc & nunc mutat animum, & se ad matrimonium applicat, ut bene explicat Caetan. to. 1. opusc. 12. q. 3. Idem dicendum de eo, qui amicitiam aliquius affectat, eam dumtaxat ob causam, vt inde aliquid commodi temporalis percipiat.

## DVBITATIO VI.

*Vtrum qui animo usurario aliquid accepit pro mutuo, sine ullo externo pacto, tenetur ad restitutionem.*

*U*surarius mentalis. **N**Otam, hunc à DD. vocari *usurarium mentalem*, quia sine ullo externo pacto mente usuraria aliiquid accipit, siue alter det gratis, siue non.

41 **R**espondeo & Dico Primò, Si mutuans intendat aliiquid accipere tamquam pretium mutui, seu tamquam debitum ex pacto mutui, & mutuarius eo modo det, (quod interdum accidit, quando indeos mutuans ei est perspecta) tunc iudicio omnini, teneatur ad restitutionem. Ratio est, quia mutuarius non intendit donare gratis, sed solum tamquam debitum ex pacto mutui: at qui non erat debitum; ergo nihil dat. Iuxta hunc casum videtur intelligendum cap. Consuluit, de usuris, vbi Pontifex dicit, eum, qui ex propofito mutuam pecuniam credit, ut plus forte recipiat, (nempe tamquam debitum ex mutuo) inducendum efficaciter ad restitutionem: quamuis sine omni conuentione id fecerit. vide Couarr. ad regulam Peccatum, p.2. in principio, nu.4.

42 **D**ico Secundò, Si mutuarius det gratis seu ex amicitia, & mutuor id ignorans accipiat tamquam datum ex obligatione ratione mutui; tunc non tenetur ad restitutionem ex parte rei, sed solum ratione conscientiae erroneæ, quamdui illud docet hoc Caetan. tom. 2. opusc. 8. q. 3. Couarr. suprà. Gabr. d. 1. q. 11. Dubit. p. ultima. Scotus eadem dist. q. 2. a. 2. Quod ex parte rei non teneatur, Probatur Primò, Quia alter verè & ipsa donavit, & transfluit dominium in mutuantem: (non enim dedit tamquam pretium mutui, sed ex gratitudine, vt supponimus) ergo quocumque animo alter accepit, non tenetur ad restitutionem. Secundo, Quia nemo tenetur ad restitutionem, nisi qui habet alienum, vel qui iniuste laesit: atqui hic non habet alienum, nec iniuste laesit, et si enim habuerit intentionem laendū dum accipit tamquam debitum ex obligatione; tamen in re laesio non fuit fecuta; nam alter non dedit ex illa obligatione iniusta, quam mutuor intendebat, sed ex amicitia: ergo laesio non fuit. sicut si accipiendo librum à Petro, putares te furto accipere, & consentientes in furtum: si liber reuerā sit tuus; (quamvis id ignores) ex parte rei non teneris ad restitutionem; quia in re non laesses illum, vt recte notat Sotus lib. 6. q. 1. art. 2. Similiter si quis liberam condonationem obtineat à creditore, liber est à debito, quamvis habuisset propositum numquam restituendi, & eo animo remissionem petuisset. Tertiò Probatur ex L. Inter omnes. 46. q. Recet. π. de furtis, vbi sic dicitur: *Contractans*

*rem, credens iniustum dominum, committit furtum, sed furto non est obligatus, si dominus erat volens.*

Dices, Quamvis mutuarius det gratis, tamen mutuor non acceptat illud ut donum, sed ut debitum: ergo donatio hæc non est valida, cùm non sit acceptata ut donatio; quod tamen requiri do- cent Iurisperiti.

Respondeo, Donationem non esse validam, quando acceptans non vult eam acceptare titulo donationis, sed debiti dumtaxat, quod si vult <sup>Quomodo acceptetur hec donatio</sup> eam acceptare omni titulo, seu modo, quo potest, (quod semper censetur facere dum contrarium non exprimit) valida est donatio. confirmatur, quia cùm hinc mutuarius nihil querat nisi lucrum; nulla subest ratio cur non censetur acceptare illud omni modo, quo potest. Addo, quamvis non acceptasset tunc implicite ut donum, postea ta- men semper poterit acceptare quando volet. nempe quamdui alter in eodem proposito donandi permanere censetur, seu quamdui non revocat donationem. vnde non tenebitur ad restitu- tionem. Itaque hæc obligatio restituendi nulla est, vel certè nullius momenti, cùm ex libertate debitoris pendeat.

Petes, Quid si mutuarius det aliiquid mu- tuanti, dum ei restitutum fortem, & ille dubitet quo animo detur, vtrum possit retinere.

Respondeo, Caetanus suprà, videtur sentire, posse retinere. Sed dicendum est non posse cum <sup>Si accipient dubitet.</sup>

vero dubio, siue negatiuo, (vt quando non habet signa, vnde probabiliter conicit dedisse, sed omni nescit dederitne gratis, an pretium mutui) siue positivo, (vt cùm vtrimeque patia sunt mutua) retinere. Ratio est, quia cum tali dubio non potest rei alicuius possessionem inchoare. vt ergo posse retinere, requiruntur tales circumstantiae, vt omnibus perpenitus, moraliter quasi certum sit gratis donari. quod ordinariè censendum est, quando mutuans non dedit illum signum se ali- quid petere; & mutuarius non præ le fert tristitia in dando, aut aliquam molestiam, aut me- tum seu coactionem, nec est avarus; vt insinuant Caetanus & Couarr. suprà. Quod si bona fide putauerit aliiquid gratis donatum, & post depre- henderit contrarium, tenebitur ad restitutionem; si tamen extet, vel factus sit ex eo locupletior, se- cùs si bona fide consumptum, nec quidquam inde emolumenti superfit. vt patet ex dictis cap. 14. dubitat. 1. & 2.

46

## DVBITATIO VII.

*Vtrum licitum sit mutuare alteri cum pa- cto ut pœnam debitam, vel famam hono- ris, vel violati restitutionem condonet.*

**R**Esp. & Dico Primò, Licitum est tibi mutua- 47  
re alteri cum pacto ut priuatam vindictam <sup>ut priua-</sup>  
tibi condonet. Probatur, quia sic nihil lucraris, sed <sup>ram vindic-</sup>  
solum redimis iniustam vexationem tibi impen- <sup>dam con-</sup>  
didentem. nullum enim ius habet ad talem vindic- <sup>donet.</sup>  
tam. Idem dicendum, si exigas iniustam aliquam satisfactionem pro fama, vel honore violato.

Dico Secundò, Si iustum vindictam vel satis- 48  
factionem exigas, non potes cum ratione mutui obligare pacto iustitiae ut condonet; potes tamen

Vbi